UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De dedicatione templi. cap. xxj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

Eratq̄ cōpoſita ex q̄ttuor tabulis q̄b⁹ quinta erat ſuperpoſita quadrata. et ex omni parte aliquātulū excedēs ſummitates aliarum habens in medio ſui eminentē concauitatē rotundā: in qua ſedebat luter. Ipm op⁹ baſis interaſile erat: et in iuncturis tabularuꝫ p quattuor angulos erant ſculpture eminētes ad modū colūnaꝝ: quas quidam dicūt vocari media intercolūnia quadrata. tamē quidam legunt ibi media intercolūna quadrata: vocantes columnā mediā tabulā inter quattuor tabulas ſuperpoſitā Latera vero baſis a media parte ſupra inſculptas habebant coronulas et plectas: et in medio earum leones ⁊ boues et cherubin. et ſuper colla leonū et boum et ſubter erāt lora et ere pendentia quib⁹ ligari videbant. In ſummitate vero q̄tuor columnarū angularium erant humeri expaſſi in ſimilitudine manus humane ⁊ pedis aquilini: ſup quos tabula ferens luterem ita erat coaptata: vt naturalit̄ inſerta videretur Et habebant ille columne proprias celaturas. homines. arbores. et aues Porro altera media pars baſis q̄ erat circa trā: habebat per girū rotas eminētes cubiti ⁊ dimidij: et que in rota fieri ſolēt axes et radios cātos et modiolos: omnia fuſilia. Et circa eas poſite erāt varie celature. Et hec oīa adeo fabricata erant: vt nō celata ſed q̄ſi appoſita per circūitū viderent̄: ⁊ baſis quaſi rotis circūſtantib⁹ vehi videbat̄. Una erat fuſura et menſura ⁊ ſculptura decē baſiū et luterū. De ſculptura tn̄ luterū nihil memini me legiſſe. Hoꝝ quinq̄ in atrio templi ſteterunt ad dexteram ⁊ quinq̄ ad ſiniſtram ad hunc vſum Nathinnei ꝓus lauabāt membra hoſtiaꝝ i piſcina ꝓbatica. et lota tradebāt ſacerdotib⁹ q̄ neq̄d interī eis ſordis adheſiſſet: luterib⁹ ea imergebāt: vt reſincerata ſupponerēt altari. Porro lauatoria hec in hūc modū poſita erāt: vt ingrediētib⁹ atriū ſacerdotale: ꝓmo occurrebat ad meridiē mare eneū ad abluendas manus. poſtea ꝓgrediētib⁹ occurrebāt decē luteres ad intinguēda membra hoſtiaꝝ rurſūq̄ ꝓgredientib⁹ occurrebat altare eneū ſimiliter ad meridiē poſitiſq̄ hoſtijs ſup altare redibāt ſacerdotes offerētes ad mare eneum ⁊ abluebāt ibi pedes ⁊ manus: vt ſic loti ꝯſūmarēt ſacrificia. id eſt intrarēt tēplū cū prunis ⁊ tymiamate ad adolendū illud ſup altare in odorē dn̄o.

Coronula pōt vocari q̄ fit de aliq̄ ſolido vt de auro.

Plecta ꝟo corona facta de iuncis: florib⁹ vel arborib⁹: vt fit de lauro et myrto

De vaſis altaris. Ca. XX.

Vteſilia vero altaris enei fecit hyrā ex ere lebetes ad ſuſcipiendos cineres ⁊ prunas altarꝭ: ollas q̄ꝫ ⁊ caldaria ad coquēdas carnes ⁊ hamulas .i. fuſcinulas ad extrahēdas carnes vel diſponēdas: ⁊ arpagiones .i. furcas ad cōponēdū ignē ⁊ mēbra hoſtiaꝝ deſup diſponēda. ⁊ ſcutras vaſa ſcꝫ eq̄lis amplitudis in ore ⁊ fundo ad calefaciendū. Joſephus addit et trullas: forte ad congregādos cineres vel eruēdos: vl̄ ad vertendū pauimentū. Porro vtenſilia tēpli aurea erāt vl̄ argētea. Uteſilia ꝟo cādelabroꝝ aurea erāt d̄ q̄b⁹ i exodo legit̄. Numeꝝ ꝟo vtēſiliū q̄ fecit ſalomon tpe ꝓcedēte ponit ioſeph⁹ mēſas ſcꝫ ſup quas iacebāt phiale ⁊ patere. ⁊ mortariola. et patene ad offerendaꝫ ſimilā. ⁊ crateres in q̄b⁹ ſimila cū oleo miſcebant̄. ⁊ aſſarones in quib⁹ libamina mēſurabant̄. Thuribula q̄ꝫ cū quib⁹ ferebat̄ tymiama. ⁊ alia thuribula in quib⁹ ferebat̄ ignis a maiori altari ad min⁹. Hec oīa obtulit ſalomon aurea ⁊ alia ſimiliter argētea. ſꝫ i duplū Quoꝝ numerū ſm̄ ioſephum ponere timui ne incredibile videret̄: ꝑſertim cum vicium ſcriptoꝝ circa numeros plurimū inueniat̄.

De dedicatiōe templi. Ca. XXI.

Anno igitur quarto regni ſalomonis ſcd̄o menſe fundata ē domus dn̄i. ⁊ in anno .xj. mēſe ebul .i. octobri. ꝯſūmata eſt in oī ope ſuo: et i vniuerſis vtenſilib⁹ q̄ in iminenti erāt neceſſaria Poſt dedicationem em̄ plura fuerūt fabricata ⁊ ſupaddita. Et edificauit eam ſeptē annis et ſeptē menſib⁹. Et ꝯuocauit ſalomō in anno .xj. maiores natu iſrael: et principes tribuum et duces familiaꝝ ad dedicationeꝫ templi: et ad offerendā arcam in illud. Et cōuenerūt omnes menſe: vij. id eſt. vij. lunatōe q̄ intrauerat octobrem Et erat dies ſolennis decim⁹ ſcꝫ dies q̄ fiebat expiatio. Poteſt tn̄ dici templū i ſeptembri dedicatū: q̄ tot⁹ fere ſolēnis eſt rege accelerante: ⁊ poſt dedicati-

onē feciſſe aliq̄ vtenſilia: que deerant menſe
octauo. ⁊ ſic vtrūq3 verū eſt. q2 mēſe octauo
pfecta ē dom⁹ in oīn̄i ope et vtenſilib9. et tn̄
mēſe. vij. dedicata eſt. Et tulerūt ſacerdotes
et leuite de ciuitate dauid arcā dn̄i: et oīa
vaſa ei⁹: et vox iubilantiū vt ait ioſeph⁹ alō
ge remotis audiebat. Rex vero et vniuerſa
multitudo gradiebātur: alias gratulabātur
ante arcam. et immolabāt hoſtias abſq3 eſti
matione et numero: et aromatū fumus alō
ge poſitis ſentiebat. Et intulerūt ſacerdotes
arcā dn̄i in locum ſuū et in oraculum ſubter
alas cherubin. quib9 q̄ſi q̄dā ciburneo tege-
batur. Capita quidez vectiuz ſup humeros
portantiū a populo retro poſito videbantur
donec arca repoſita retracti ſūt a viſibus ho
minū i ſempiternū Arca ꝓpo tecta erat ne vi-
deret. In arca autē nihil aliud erat niſi due
tabule teſtamēti lapidee. Supplendū ē aūt
et vrna aurea plena māna: ⁊ ꝟga aaron Hec
eni teſtat apl's fuiſſe in ea. Factū ē autē cum
exiſſent ſacerdotes ō oraculo: et dicerēt Con
fitemini dn̄o quoniā
bonus: qm̄ in ſeculū
miſcdia ei⁹. nebula i
pleuit domū dn̄i nō
metuēda. ſ3 tēpata et
fulgēs. et obūbrauit
facies ſacerdotū: ita

Dn̄i dauid itroduxit
arcā: cātauerūt aliuz
pſalmū Confitemini
domino iuocate no-
men eius.

vt ſe inuicē videre non poſſent nec miniſtra
re. Et ait ſalomon. Dixit dn̄s vt habitaret i
nebula. Nuſq3 legit dn̄s h̄ dixiſſe. Sed q2 i
monte ſina apparuit in nebula: ⁊ pceſſit iſrl'
in nube. et ante moyſen poſitū in cauerna pe
tre trāſiuit in nebula. ideo ſalomō poſuit di-
ctuz p ope. Et eſt ſenſus. Dixit dn̄s. id ē ope
monſtrauit. Subiit aūt oēs quedā opinio
phantaſtica. dn̄m localit' deſcendiſſe i tēplū
quā amouit ſalomon dicēs Nouim⁹ dn̄e q2
fabricaſti tibi domū ppetuā celum ⁊ terrā ſi-
mul ⁊ mare. Et flexo vtroq3 genu in terrā co
ram oīn̄i eccl'ia vtrāq3 manū leuauit ad dn̄m
ſupplicans p peccatis. vel grās agēs de p-
miſſione dn̄i impleta: q̄ pmiſerat dauid do-
mū ſibi edificādā p manū filij ei⁹. Orauit q̄3
vt q̄cunq3 iude⁹ vl' gentilis aſcēderet ad hāc
domū ſupplicans p peccatis vel clamās ad
dn̄m p aliqua tribulatiōe: exaudiret a dn̄o i
his q̄ iuſte poſtularet. Et ſurgēs ab oratiōe
ſtans bn̄dixit vniuerſo populo. ⁊ dedicatū ē
tēplū cū vtenſilib9 ſuis die illa. Et deinceps
in eadem die quartū fiebat feſtū ſc3 feſtū de-
dicationis. In eadē em̄ die erant tria alia fe
ſta. feſtū ſc3 ꝓpitiationis. afflictiōis. ⁊ expiati-
onis. Nec te moueat q̄ diximꝰ eū flexiſſe ge
nua ſup terrā: cum in paralipomenon dicat
q̄ fecerit ſalomon baſim eneam q̄ttuor cubi
tis altā quā poſuit in medio baſilice: ⁊ ſtans
ſup eā benedixit populo. Potuit em̄ vtrūq3
feciſſe. Vel ſi p eodem accipit: intelligendū
eſt eū flexiſſe genua ſup terrā. id ē ſup locū i
quo ſtabat. Et imolauit ſalomō hoſtias pa
cificas. xxij. milia boum: ⁊ ouium. cxx. milia.
Et q2 altare eneū ad ſuſcipiēda holocauſta
et adipes pacificorū
minus erat ſācrifica-
uit rex mediū atrij in
terioris. vt ſup illud
cremarētur q̄ ſup al
tare cremari non po

Legitur in paralipo
menon ignis de celo
deſcēdiſſe: et deuoraſ
ſe oblata.

terant Fecit ergo ſalomon feſtiuitatem dedi
cationis ⁊ oīs iſrael cū eo. xiiij. dieb9. Qđ
ſic intelligendū eſt. Quinq3 dieb9 continuis
celebrata ē dedicatio. In ſexto ꝟo die q̄ fuit
q̄nta decima menſis occurrit ſcenophegia q̄
interpoſita eſt ſeptem dieb9. Qua terminata
iterū celebrata eſt dedicatio per duos dies q̄
intermiſſi fuerant. ⁊ in die octauo. id eſt poſt
duos ſeptenarios dimiſit rex populuz. Vel
dedicatio cōtinuis ſeptē dieb9 facta ē. ⁊ poſt
xvij. die inchoata eſt ſcenophegia ⁊ termina
ta in viceſimatertia. ⁊ in octaua ſcenophegie
poſt collectā dimiſit populum. Et apparuit
dn̄s ſcđo ſalomoni p ſomniū dicens. Exau-
diui orationē tuam: ſanctificaui domū hanc
⁊ erunt oculi mei cūctis dieb9 ſup eam ⁊ ſup
te ⁊ ſup populū iſrael: ſi cuſtodieritis man-
data q̄ ꝓpoſui vobis. Alioquin auferaz vos
de terra quā dedi vobis: ⁊ templū h̄ ꝓijciam
a cōſpectu meo: ⁊ erunt erumne veſtre fabu
le narrantiū.

De domo ſaltus. Ca. XXII.

Factum eſt autez
f
post fabricā templi cepit ſalomō
ꝯſtruere edificiū domoꝝ regaliū
qđ. xiij. annis vix impleuit. Non em̄ circa
ea adeo feruens erat ſtudiū populi ſicut cir-
ca templū. ſed nec ad eas opulentia fuerat ei
preparata a patre. Fecit aūt tres domos. do
mū ſibi. ⁊ domū vxori ſue filie pharaonis. ⁊
domū ſaltus. De domo regis hoc ſolū dicit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN